

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

**CHRONICA MAGISTRI ROGERI
DE HOVEDEN.**

VOL. III.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - *Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3*

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

CHRONICA MAGISTRI ROGERI DE HOVEDEN.

PARS POSTERIOR.

Benedict, ii. 71. Itaque sepulto rege, comes Ricardus filius ejus statim in- A.D. 1189.
 jecit manus in Stephanum de Turonis,¹ senescallum Andegaviae: Richard
 et mittens eum in carcerem gravibus compedibus et ferreis compels the
 manicis catenatum, exigebat ab eo castella et thesauros regis Steward of
 patris sui, quos ipse in custodia habuit: quibus traditis Anjou to
 comes Ricardus redemit eum usque ad novissimum give up
 quadrantem. King Henry's treasures.

Benedict, ii. 72. Eodem vero tempore, quo prædictus rex Angliae obiit, Matilda of
 Matildis ducissa Saxonie, filia ejus, similiter obiit.² Saxony dies.

*Ricardus filius Henrici regis factus est dux
Normannorum.*

Benedict, ii. 73. Deinde venit idem comes Ricardus Rothomagum, et a July 20.
 Waltero Rothomagensi archiepiscopo, coram episcopis et made duke
 comitibus et baronibus Normanniae, accinctus est gladio Richard
 ducatus Normanniae, in ipsa die Sanctæ Margaretæ, feria of Nor-
 quinta, decimo tertio kalendas Augusti. Deinde acceptis fide- mandy: he
 latibus a clero et populo ducatus Normanniae, dedit Gau- marries his
 frido, filio Rotrodi comitis de Pertico, Matildam niece to
 Saxonie, neptem suam, in uxorem. Geoffrey of
 Perche.

Tertia autem die sequenti, scilicet festo Sanctæ Mariae
 Magdalena, Philippus rex Franciæ, et Ricardus dux Nor-

¹ He is called by Richard of De-
 vizes, *Stephanus de Marzai*; by
 Benedict, *Stephanus Tirconensis*
 (ii. 9.) and *de Turonis* (ii. 67.).
 Stephen de Turnham was a com-
 panion of Richard on the Crusade

(Itin. 299, 337), and Sheriff of Wilt-
 shire in 1199.

² obiit] July 13, R. de Diceto,
 c. 645; June 28, Chron. Stederburg.
 Leibnitz, *Scr. R. Br.* i. 861.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1189. manniæ, convenerunt inter Calvum Montem et Trie ad Benedict,
 July 22. colloquium. Ubi rex Franciæ constanter petebat, ut
 Interview between Richard and Philip: agreement between them. dux Normanniæ reddidisset ei Gisortium, et alia multa,
 quæ longum est per singula dinumerare. Sed ipse Ricardus videns, quod si ipse hoc fecisset, in damnum
 et opprobrium sempiternum sibi redundaret, adjecit illis
 supradictis viginti millibus marcarum argenti, quas rex
 pater suus conventionaverat¹ se daturum regi Franciæ, qua-
 tuor millia marcarum argenti, et sic gratiam et amorem
 suum obtinuit, et rex Franciæ reddidit ei omnia quæ
 per guerram super regem patrem suum ceperat, tam
 castella quam civitates et alias munitiones, et villas et
 prædia.

Queen Eleanor orders a release of prisoners throughout England: the liberation of offenders against the forest law; and of others imprisoned otherwise than by the common right.

Interim Alienor regina, mater prædicti ducis, reginalem curiam circumducens, de civitate in civitatem et de castello in castellum, sicut ei placuit, profecta est; et missis legatis per universos comitatus Angliae, præcepit captivos omnes a carceribus et captionibus liberos reddi pro anima Henrici domini sui: ut a propria persona sua argumentum eliceret, captiones molestas esse hominibus, et jocundissimam animæ refocillationem ab ipsis emergere. Præterea præcepit, ex mandato ducis filii sui, quod omnes qui capti fuerant pro foresta liberarentur quieti, et ut omnes uthlegati pro foresta ad pacem redirent de præcedentibus forisfactis forestæ quieti; et ut omnes alii qui capti fuerant, et retenti per voluntatem regis, vel justitiæ ejus, qui non erant retenti per commune rectum comitatus vel hundredi, vel per appellacionem, essent quieti; et illi qui per commune rectum sunt retenti, si plegios invenire possunt standi ad rectum, si quis adversus eos loqui voluerit, liberentur; sin autem juramentum præstant standi ad rectum si quis adversus eos loqui voluerit, per tantum liberentur: et illi qui per appellacionem sunt retenti pro quacunque turpi causa, si plegios standi ad rectum invenire possunt, ut plenum inde fiat,² liberentur: et illi qui uthlegati sunt per commune rectum sine appellacione, Benedict,
 Persons so imprisoned to be released on bail.

per justicias redeant ad pacem, ita quod plegios inveniant standi ad rectum, si quis versus eos loqui voluerit. Si autem per appellacionem retenti³ sunt, si fecerint pacem cum adversariis suis, redeant ad pacem: et omnes illi qui retenti sunt

¹ conventionaverat] concionave-
 rat, B. D.

² fiat] et, ins. I.

³ retenti] retati, B. G. I.; utlagati,
 Benedict.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

PARS POSTERIOR.

5

Benedict, A.D. 1189.
ii. 75. per appellationem illorum qui se malefactores esse cognoscunt, liberentur quieti, et illi malefactores, quibus pro suis probatim concessa sunt membra et vita, abjurent terram domini Ricardi et abscedant: et illi malefactores qui sine concessione virtutis et membrorum alios appellant propria voluntate, in prisone¹ custodiantur, donec aliud inde habeatur consilium. Et præcepit, quod unusquisque liberorum hominum totius regni to remain in jurasset, quod fidem portabit domino Ricardo regi² Angliae, filio domini regis Henrici, et dominae Alienor reginæ, de vita et membris suis, et honore terreno, sicut ligio domino suo, contra omnes homines et foeminas qui vivere possunt et mori, et quod ei justitiabiles erunt, et auxilium ei praestabunt ad pacem et justitiam suam per omnia servandam.

Praeterea idem dux Normanniae reddidit Roberto comiti Leicestriæ omnes terras suas, quas pater illius ei abstulerat; restituit. The earl of Leicester

Benedict, Richard re-crosses from ii. 72. Illos autem omnes, tam clericos quam laicos, qui, relicto patre suo, illi adhaeserunt, odio habuit, et a familiaritate sua wards his alienos fecit: illos vero, qui patri suo fideliter servierunt friends. secum retinuit, et multis bonis ditavit.

Benedict, Aug. 13.
ii. 75. Deinde idem dux transfretavit in Angliam apud Barbeflet idus Augusti, die Dominica proxima ante Assumptionem Richard crosses from beatæ Dei genitricis Mariæ: et ante eum venerunt in Angliam Walterus Rothomagensis archiepiscopus, et Henricus Bajocensis et Johannes Ebroicensis episcopi, expectantes in Anglia illius adventum. Veneruntque similiter de Normannia Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus, et Gilbertus Roffensis, et Hugo Lincolnensis, et Hugo Cestrensis episcopi.

Dux itaque, et Johannes frater suus cum eo, venerunt in Angliam. De quorum adventu gavisa sunt regna, quia se per illos³ in meliorem statum reformari sperabant. Et quamvis quidam, per pauci tamen, molesti essent de nece domini regis, solatium tamen illis fuit, quod quidam ait: "Mira canam, sol "occubuit, nox nulla secuta est."⁴ Vere nulla nox secuta est

¹ prisone] prona, B. I.

² regi] domino, Benedict; Richard having not yet been crowned.

³ quorum . . . illos] ducis . . . illum, Benedict. It would not have occurred to any one writing very early in Richard's reign that the arrival of John would be an occasion of rejoicing.

⁴ MS. G. continues, in the text,

to quote; "Ordinat in Siculo Sol "novus orbe diem; Sol geminus "Siculis illuxerat, alter eclipsym "Passus habet tenebras, alter abesse "vetat. Sic pater in nato passo "si passus, utrumvis Aufer, abest "neuter, alter uterque fuit. Solis "in occasu sol alter protulit ortum, "Sol novus in terris oritur, sol "cujus ad ortum sol vetus occasus

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1189.
August.
Joy at
Richard's
accession.

post occasum solis. Nam radius solis solium solis tenens, sole Benedict,
suo jubar lucidius ac latius spargit. Cum enim sol a suo ii. 76.
solio in solum deciderit, stans tamen ejus radius, occasum vel
eclipsim nesciens, de corpore solari repente divisus, et in se
solide reverberatus, sol sole, cuius fuit radius, nulla nubium
interpolatione vel injuria impediente, multo major et luci-
dior est effectus. Et ne scrupulosum quid animum legentis
lædat, præsenti plenius perpendere poterit pentametro :

“ Sol pater, et radius filius ejus erat.”

Filius itaque in immensum crescens, patris sui bona opera
ampliavit, mala vero resecavit. Nam quos pater exhæredavit,
filius in pristina jura restituit; quos pater fugavit, filius re-
vocavit; quos pater in vinculis tenuit, filius illæsos abire per-
misit; quos pater causa justitiæ diversis poenis affixit, filius
causa pietatis refocillavit.

Richard
bestows
several
counties and
castles on
John.

Præfatus igitur dux Normanniae Ricardus, filius Henrici Benedict,
regis Angliæ proximo defuncti, venit in Angliam, et dedit ii. 73, 78, 99.
Johanni¹ fratri suo comitatum Moretonii, et comitatum Cor-
nubiaæ, et Dorsete, et Sumerseta, et comitatum de Noting-
ham, et comitatum de Derebisire, et comitatum de Lon-
castre,² et castellum de Merleberge, et de Lutegareshale, cum
forestis et omnibus pertinentiis eorum; et honorem de Waling-
ford, et honorem de Tikehil,³ et honorem de Haia;⁴ et
comitatum de Gloucesteria cum filia comitis, et eam fecit illi
desponsari statim; Baldewino Cantuariensi archiepiscopo
prohibente, quia erant consanguinei in quarto gradu. Præ-
terea dedit ei le Pec et Bollesoveres.⁵ Sed quædam cas-
tella prædictorum comitatum et honorum retinuit dux
in manu sua. Præterea idem dux dedit Andreæ de Cha- Benedict,
Benedict,
ii. 76.

Archbishop
Baldwin ob-
jects to
John's mar-
riage with
the heiress
of Glouces-
ter.

“ proprios lugere putetur.” MS. A. has the last three lines in the margin. They are perhaps borrowed from some poem on the accession of William I. or II. of Sicily. MS. G. has in the margin, in a very early hand, the following couplets : “ Sol “ speculum solis condet, sol forma “ remansit In speculo, oblita corporis “ ire comes; ” and “ In numero “ dampnum pateris, fuerant duo “ pensæ; Facta vides nati; nescis “ abesse patrem.”

¹ *Johanni*] Hoveden here masses his information about the provision made for John. According to Benedict (ii. 73) he gave him Mortain

and the heiress of Gloucester, at Rouen, July 20: Marlborough, Ludgershall, the Peak and Bolsover; the honours of Peverell, Nottingham, Lancaster, Wallingford and Tickhill; and Derbyshire; after his landing in England, before the coronation (ii. 78): and the counties of Cornwall, Devon, Dorset and Somerset, in December; ii. 99.

² *Loncastre*] Lancastre, B. I.

³ *Tikehil*] Tikehelle, I.

⁴ *Haia*] Eya, B. G. I. So also A. as a correction.

⁵ *Bollesoveres*] Boleshoveres, G. I.; Bolesoures, B.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

PARS POSTERIOR.

7

Benedict,
ii. 76. venni filiam Radulfi de Dols, cum honore castri Radulfi in A.D. 1189.
Berria, quæ fuerat uxor comitis Baldewini de Rivers, et sta- August.
tim fecit eos desponsari apud Saresbiriam in præsentia Alienor Marriage of
reginæ; et Willelmo Marescallo, filiam comitis Ricardi de the heiresses
Striguil, cum comitatu de Striguil; et Gilberto filio Rogeri de Château-
filii Rainfrai, filiam Willelmi de Loncastre; et Gaufrido fratri roux, Stri-
suo nothro, qui quondam fuerat Lincolnensis ecclesiæ electus, guil, and
archiepiscopatum Eboraci. Lancaster.

Benedict,
ii. 73.*De electione Gaufridi, Eboracensis archiepiscopi.*

Benedict,
ii. 77. Quem canonici Eboracensis ecclesiæ sibi per assensum Election of
regis in archiepiscopum elegerunt. Et quamvis magister Geoffrey to
Bartholomæus, officialis Huberti Walteri, ejusdem ecclesiæ de- the see of
cani, et ante electionem et post, appellasset ad præsentiam York.
summi pontificis, eo quod Hugo Dunelmensis¹ episcopus, ejusdem ecclesiæ Eboracensis² filius specialis, et Hubertus Walteri, ejusdem ecclesiæ decanus, aberant, ad quos prima vox electionis spectabat, tamen prædicti canonici ab in-
ceptis desistere noluerunt, sed supradictum elegerunt, et sigillis suis confirmaverunt. ³ At episcopo Dunelmensi Appeal of
et Huberto Walteri conquerentibus de transgressione the Bishop
canonicorum illorum, præcepit dux quod omnia Eboracen- of Durham
sis ecclesiæ essent in eo statu quo fuerunt die qua rex and the
pater suus fuit vivus et mortuus; unde factum est, quod Dean of
jura ecclesiastica archiepiscopatus Eboracensis redierunt in York.
manum Huberti Walteri et officialium suorum, sicut antea fuerant, et sacerdotalia beneficia ejusdem archiepiscopatus redi-
erunt in custodiam servientum ducis.

Benedict,
ii. 78.

Eodem anno obiit Gaufridus Elyensis episcopus apud Aug. 21.
Wintoniam, duodecimo kalendas Septembbris, et delatus ad Death of
Ely, ibidem sepultus est, et Ricardus dux cepit omnes Ridel.
thesauros suos. Præterea idem dux misit episcopos et

Benedict,
ii. 76.

¹ *Dunelmensis*] ecclesiæ, ins. Sa-
vile.

² *Eboracensis*] om. Savile, I.

³ The corresponding passage in Benedict, although drawn up in a different form, presents little either in language or in matter that accounts

for the fact that Hoveden has chosen here to depart from his usual plan. The older Chronicle is a little more circumstantial, mentioning the share taken by Godfrey de Lucy, and the previous election of Hubert Walter.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1189. comites et barones suos per omnes thesauros regis patris Benedict,
 August. Richard sui, et totum thesaurum qui inventus fuerat, in auro et ^{ii. 77.}
 takes account of his argento, fecit computari et ponderari, cuius numerum et
 father's mensuram longum est enarrare, quia thesaurus ille
 treasures. erat¹ magnus valde, excedens numerum et valentiam
 centum millia marcarum.² Deinde misit servientes et
 ballivos suos per universos portus maris Angliae, et
 Normanniae, et Pictaviæ, et aliarum terrarum suarum,
 et de universis navibus fecit sibi eligi et majores et
 meliores, quæ aptæ erant ad magnum pondus portan-
 dum, et quasdam illarum distribuit familiaribus suis
 qui crucem Jerosolimitanæ profectionis suscepserant, et
 quasdam illarum ad opus suum retinuit; et fecit illas
 onerari armis et victualibus.

He orders a fleet to be raised for the Crusade.

Sept. 3. Coronation of Richard at Westmin-
 ster. Deinde idem dux venit LONDONIAS, congregatis ibi archi- Benedict,
 episcopis, episcopis, comitibus et baronibus, et copiosa mili- ^{ii. 78.}
 tum multitudine in occursum ejus; quorum consilio et
 assensu ipse dux tertio nonas Septembbris, die Dominica, festo
 ordinationis beati Gregorii papæ, die quoque AEGYPTIACA,
 consecratus et coronatus est in regem Angliae, LONDONIIS apud Benedict,
 Westmonasterium, a Baldewino Cantuariensi archiepiscopo, ^{ii. 79.}
 ministrantibus ei in illa coronatione Waltero Rothomagensi,
 Johanne Dublensi, Formale Treverensi³ archiepiscopis, et
 Hugone Dunelmensi, et Hugone Lincolnensi, et Hugone
 Cestrensi, et Willelmo Herefordensi, et Willelmo Wigor-
 nensi, et Johanne Exoniensi, et Reginaldo Bathoniensi, et
 Johanne Norewicensi, et Sefrido Cicestrensi, et Gilberto Ro-
 fensi, et Petro de Sancto David, et de Sancto Asaph, et de
 Pangor, et Albino Fernensi,⁴ et Concorde Hegdunensi⁵ epi-
 scopis, et omnibus fere abbatibus et prioribus, et comi-
 tibus et baronibus Angliae astantibus.

¹ erat] om. B. I.² centum millia marcarum] non-
 genta millia librarum, Benedict;
 where for nongenta perhaps we
 should read nonaginta.³ Formalis, Formator, or Fulmar,
 was elected archbishop of Treves in
 1183 by a portion of the chapter,
 and consecrated by Urban III. in1186: he was deprived by Clement
 III. in 1189; died in England at
 Northampton. Benedict, ii. 89.⁴ Albino Fernensi] Bishop 1185–
 1222.⁵ Hegdunensi] Heedunensi, G.
 Bishop of Enaghdu in the pro-
 vince of Tuam.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

PARS POSTERIOR.

9

Incipit ordo coronationis Ricardi regis Anglie.¹ A.D. 1189.

Benedict,
ii. 80.

In primis venerunt episcopi et abbates, et clerici multi induiti cappis sericis, præcedentibus eos cruce, ceroferariis, turribulis cum aqua benedicta, usque ad ostium thalami regis interioris, et ibi receperunt prædictum Ricardum ducem, qui coronandus erat, et duxerunt eum in ecclesiam Westmonasterii, usque ad altare majus, cum ordinata processione, et cantu gloriose; et omnis via, qua gradiebantur ab ostio thalami regis usque ad altare, cooperta erat pannis laneis.

Sept. 3.

Order of the Coronation services.

Ordo autem processionis talis erat. In prima fronte processione of the clergy. præcedebant clerici induiti, portantes aquam benedictam et cruces, et cereos et turribulos. Deinde veniebant priores, deinde abbates, deinde episcopi, et in medio illorum ibant quatuor barones portantes quatuor candelabra aurea.

Benedict,
ii. 81.

Deinde venerunt Godefridus de Luci portans pilleum regium, et Johannes Marescallus juxta eum portans duo calcaria aurea magna et ponderosa; deinde venerunt Willelmus Marescallus, comes de Strigil, portans sceptrum regale aureum,² in cuius summitate est crux aurea; et Willelmus Patricii, comes de Salesbiri juxta eum, gestans virgam auream habentem in summitate columbam auream. Deinde venerunt David frater regis Scotiæ comes de Huntedun, et Johannes comes Moretonii frater ducis, et Robertus comes Leicestriæ, portantes tres gladios³ regios sumptos de thesauro regis, quorum vaginæ desuper per totum auro contextæ⁴ erant; medius autem illorum ibat comes Moretonii.

The regalia : spurs, sceptre, virge, and swords.

Deinde veniebant sex comites et⁵ barones portantes in humeris suis unum scaccarium magnum valde, super quod robes. posita erant regalia insignia et vestes.

¹ Matthew Paris gives a similar account of the coronation, more closely resembling that of Benedict than the text, in the few and unimportant places where the two differ. He indicates the common source of information, the Rolls

(M. Paris, ed. Wats, p. 154) or Consuetudines (*Abbreviatio*, ed. Madden, iii. 209) of the Exchequer.

² *aureum*] om. I.

³ *gladios*] aureos, ins. Savile.

⁴ *contextæ*] contextæ, B. D.

⁵ *et*] sex, ins. Savile.

Cambridge University Press

978-1-108-04883-5 - Chronica Magistri Rogeri de Houedene: Volume 3

Roger of Hoveden Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

10

CHRONICA ROGERI DE HOVEDEN.

A.D. 1189. Sept. 3. Procession of the crown. Deinde venit¹ Willelmus de Mandeville, comes Albemarliæ, Benedict, ii. 81. gestans coronam auream magnam et ponderosam, lapidibus pretiosis undique decoratam.

The duke under a canopy. Deinde venit Ricardus dux Normannia; et Hugo Dunelmensis episcopus ibat a dextris illius, et Reginaldus Bathoniensis episcopus a sinistris illius ibat, et quatuor barones portaverunt supra eos umbraculum sericum super quatuor lanceas proceras, et omnis turba comitum et baronum, et militum, et aliorum, tam clericorum quam laicorum, sequebatur usque in atrium ecclesiæ, et induiti introierunt cum duce usque in chorum.

Oaths taken by the duke. Cum autem dux ad altare veniret coram archiepiscopis, episcopis, et clero, et populo, flexis genibus ante altare, coram positis sacrosanctis evangelii, et plurimorum sanctorum reliquiis,² juravit quod ipse omnibus diebus vitæ suæ pacem, et honorem, atque reverentiam Deo, et Sanctæ Ecclesiæ, et ejus ordinatis portaret. Deinde juravit, quod rectam justitiam et æquitatem exerceret in populo sibi commisso. Deinde juravit, quod malas leges, et consuetudines perversas, si quæ in regno suo inductæ sunt, deleret, et bonas leges conderet, et sine fraude et malo ingenio eas custodiret.

He is undressed. Deinde denudaverunt eum totum exceptis camisia et braccis. Camisia autem dissuta erat in scapulis.

The sandals put on. Deinde calciaverunt eum sandaliis auro contextis.

The anointing. Deinde Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus, infundens oleum sanctum super caput ejus, unxit eum in regem in tribus locis, videlicet, in capite, in pectore, in brachiis, quod significat gloriam, fortitudinem, et scientiam, cum orationibus ad hoc constitutis.

The cap. Deinde posuit idem archiepiscopus super caput ejus consecratum pannum lineum, et pilleum desuper, quod Godefridus de Luci portaverat.

The tunic and dalmatic. Deinde induerunt eum vestimentis regalibus. Primo, videlicet, tunica, deinde dalmatica.

The sword and spurs. Deinde tradidit ei idem archiepiscopus gladium regni, ad malefactores ecclesiæ comprimendos.

The mantle. Deinde duo comites calciaverunt ei calcaria, quæ Johannes Marescallus portaverat.

The mantle. Deinde induitus est mantea.

¹ *venit*] veniebat, Savile.

² *reliquiis*] ut moris est, ins. Savile, B. D. I.